

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Electio k  
cum fontibus proximo et primo

Si in quibuslibet ecclesie gradibus prouidenter scienterque curandum est ut in domo Domini nichil sit inordinatum nichilque preposterum, quanto magis elaborandum est ut in electione eius qui super omnes gradus constituitur non erretur? Nam totius familie Domini status et ordo mutabitur, si quod requiritur in corpore, non inuenitur in capite.

Leo papa in quodam sermone et ponitur LXI. distinctione.

Quod

si in quibuslibet ecclesiae gradibus prouidenter scienterque curandum est, ut in domo Domini nichil sit inordinatum nichilque preposterum, quanto magis elaborandum est, ut in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur?  
Nam totius familie Domini status et ordo mutabit, si quod requiritur in corpore non inuenitur in capite.

Gratianus, *Decretum*, 1.61.5 (*Corpus iuris canonici* 1, A. Friedberg ed., col.228).

Quod

si in quibuslibet Ecclesiae gradibus prouidenter scienterque curandum est ut in Domini domo nichil sit inordinatum nihilque praeposterum, quanto magis elaborandum est ut in electione eius qui supra omnes gradus constituitur non erretur?  
Nam totius familie Domini status et ordo mutabit, si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite.

Leo Magnus, *Epistolae*, 12.2 (PL 54, col.647A-B).